



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

366. Feria 3. Dominica 4. Adventûs. Quæ virtutes, ut impetrentur ab
Angelis, poscendæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Feria 3. Domin. 4. Adventus. 653

alia magis, quam mundani ad sua, me
nigere.

5. Nec premio, nec poenâ ad finem, sed
puro ac recto amore tendere.

6. Extendere me ad opera supereroga-
tionis.

7. Bona promptè agere, mala æquani-
miter & libenter tolerare.

8. In his omnibus ad exemplum Christi
perseverare, in quo hæ virtutes fuerunt.

MEDITATIO CCCLXVI.

Feria 3. Domin. 4. Adventus.

*Quæ virtutes, ut impetrentur ab An-
gelis, postula.*

Aspiciam omnes Angelos Dei Dominum
virtuosè præstolantes. Petam eorum
virtutes.

Conf. 1. In Seraphinis charitatem, in Che-
rubinis scientiam, in Thronis demissionem,
in Dominationibus obsequium ad imperiũ
Dei. In Principatibus ejusdem obsequij per-
fectionem, in Potestatibus propulsantem
inimicæ potestatis, in Virtutibus virtu-
tum omnium copiam, in Archangelis fide-
litatem, in Angelis sedulitatem.

Conf. 2. Quomodo Angelos superet Do-
minus Angelorum, quia amat homines, qui
unde amentur non habent; ipse totus est

654 Feria 3. Domin. 4. Adventus.

lux, qui solus nescit ignorantiam; Judex omnium, minoratus ab Angelis & hominibus. Patris nutum constanter in omnibus exequitur, imò & hominum; ipse Principem mundi ejecit, ipse est Dominus Virtutum, fidelis, & vigil pro omnibus.

Conf. 3. Accedendo ad Angelum custodem, eumque rogando, ut mihi in celesti patria audientiam impetret apud 9. choros sanctorum Angelorum, coram quibus positus, & nuditatem ac paupertatem professus petam 1. à Seraphinis charitatem. 2. A Cherubinis sapientiam. 3. A Thronis humilitatem. 4. A Dominationibus Spiritus libertatem. 5. A Potestatibus inimicorum animæ victoriam. 6. A Virtutibus profectum in omni virtute. 7. A Principatibus obedientiam Deo & Prælaris exhibendam. 8. Ab Archangelis Eidem. 8. Ab Angelis auxilium in omnibus vitæ successibus, & exactam custodiam disciplinæ.

MEDITATIO CCCLXVII.

Feria 4. Domin. 4. Adventus

*Quæ virtutes, ut impetrentur à Sanctis
pescenda.*

Aspiciam Sanctos omnes cum omni virtute Domino seruietes. Petam earum fieri particeps.

Conf.